

Permissione diuina Cātuarien̄. Archiepiscopus toci⁹ Anglie primas ⁊ apostolice sedis legatus. ⁊ Robertus permissiōe diuina Meneuen̄ epus in regno et dominijs Anglie sctissimi domini nostri Julij eiusdē nominis Pape secūdi ad hec cōmissarij generales tibi.

auctoritate apostolica nobis in hac parte concessa vt confessorem idoneū secularem vel cuiusuis ordinis regularē eligere possitis/q̄ confessione vestra diligēter audita: ab omnib⁹ et singulis vestris peccatis criminibus excessibus ⁊ delictis/etiam si talia forēt propter q̄ sedes apostolica esset quouismodo merito cōsulenda (Machinationis in personā summi pōtificis. occisionis Eporum ⁊ aliorū prelatorū superiorū. falsificatiōis litterarū Apostolicarum et bullarū/delationis armorum et aliorum prohibitorum ad infideles. Sentenciarū incursarum occasione aluminū de partibus infideliū ad fideles delatorum/quo ad illos dūtaxat qui alumina ifideliū emerunt ⁊ ad regnū Anglie aliaq; Cristi fideliū loca deuehy curauerunt casibus dumtaxat exceptis) Semel in vita ⁊ in mortis articulo/In casib⁹ vero nō reseruatis tociēs quotiēs id petieris/plenarie absoluere possit ⁊ valeat Necnō vota quecūq; (vltramarino voto ⁊ igressus religiōis/⁊ castitatis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera cōmutare possit/dūmodo secūdū taxā nostrā in capsa ad hoc deputata pro fabrica basilice sācti petri elemosinā imposueritis/de apostolice potestatis vberiore gratia auctoritate p̄fata tenore presentiū plenā ⁊ liberā facultatē damus et elargimur Dispēsandi autem ⁊ cōponēdi facultatē in omnib⁹ casib⁹ ⁊ articulis q̄ in litteris Apostolicis super indulgētia p̄senti cōfectis plenius continentur/et dispensationē seu cōpositionē requirunt nobisipsis/aut a nobis ad hoc specialiter deputatis seu subdelegatis reseruamus. In cui⁹ rei fidē ⁊ testimoniū p̄sentes litteras fieri fecimus. Datū apud Lamehith. Anno a Natiuitate dñi Millesimo quingentesimo octauo tercio die Maii Pontificatus prefati Sanctissimi dñi nostri Pape anno quinto.

